

Concilio Massignani, in defectu proximiorum . tàm Con-
 sanguineorum, quàm Affinium, quos in hoc Instrumento
 commodè habere non potest, prout medio Juramentis
 affirmavit & Nec non predicti Cives hìc presentes medio
 Juramentis & eorum consensum in forma solita, et consueta
 prestiterunt ad validitatem contractus, et tanquam
 tales nullum proprium, neque particulare affir-
 maverunt habere Interesse. Insuperque prenominata
 Mulier habita prius plena admonitione de validitate
 renunciationis omnium legum ad favorem Mulierum facien-
 tium à D.S. meque notario sufficientèr informata, et edocta &
 medio eius Juramentis scripturis Juravit, et expresse renuncia-
 vit Lege Julia de fundo dotali, Authentica Si qua mulier, Senatus
 Consulto Vell., beneficio absolutionis Juramenti, et constitutionis
 Provincie Marchie, Statutis, et Reformationibus Illustrissime Civitatis
 Firmi, et omnium aliarum legum, ac dispositionum
 quomodolibet, et quomodocumque tàm de Jure communi,
 quàm municipali ad favorem Mulierum facientium & qua
 propter predicta Mulier In, de, et super premissis, ac inferius
 agendis sibi ipsi, licentiam necessariam concedi, et decretum
 opportunum interponi petit, non solum & sed et omni &

Qui Per Illustris et Admodum Reverendus Dominus Vicarius foraneus, et Judex, ut supra

sedens & auditis & ac habita prius extrajudiciali, exacta,
 et plena informatione de omnibus, et singulis supra expositis,
 ac de illarum veritate pronunciavit, causam esse legitimam, et

veram